Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

unusquisq; fidelium caelestis efficitur. Idest cum
sensum suum habet in arduis & excelsis. Nihil de ter-
ra sed tota de caelestib: cogitans. quae sursu sunt quae
rens. ubi xpsē in dextera patris. Tunc enim & ipse
ex lignis de lignis habebitur ad ō. quae hic scribitur cu
dicit. Et uidit dē quod bonū est. Denique: & ea quae
de tertia die inconsequentib; describuntur. in
hunc eundem conueniunt intellectū. Ait enim: & dix
dē. Congregentur aquae quae ē sub caelo in congre
gationē unā. & apparet arida. & factū ē ita.
Nos ergo laboremus congregare aquam quae ē sub
caelo. & abicere ea a nobis. Ut cū hoc factū fuerit.
apparet arida. quae sunt in carne gesta opera
nra. Quo scilicet uidentur homines opera nra bo
na. glorificent patrē nrm qui ē in caelis. Si enim
aquas istas quae sunt sub caelo non separauerimus
a nobis. Idest peccata & uitia corporis nri. arida
nra non poterit apparere. nec habere fiduciam
procedendi ad lucem. Omnis enim qui male agit odit
lucem. & non uenit ad lucem ut manifestentur opera
eius. & uideantur si indō sunt gesta. Quae utique fidu
cia. non aliter dabitur. nisi si uelut aquas abiciamus
a nob & segregemus uitia corporis. quae sunt materia
peccatorum.